

*Enea Silvio Piccolomini an NvK. Er berichtet ihm über die Passauer Frage, sein gutes Verhältnis zum Papst, die Verhandlungen mit den Böhmen sowie weitere Neuigkeiten aus dem Reich.*

*Reinschrift (aut.): WIEN, ÖNB, CVP 3389 f. 113<sup>v</sup> (zur Hs. s.o. Nr. 3371).*

*Druck: Palacký, Urkundliche Beiträge 56 Nr. 41 (Auszug); Weiss, Aeneas Sylvius Piccolomini 138f. Nr. 35; Wolkan, Briefwechsel III 1, 165f. Nr. 93.*

*Erw.: L. Gómez Canedo, Don Juan Carvajal. Un español al servicio de la Santa Sede, Madrid 1947, 201; RTA XIX 1, 520f.; W. Baum, NvK und Enea Silvio Piccolomini – eine Humanistenfreundschaft?, in: Nicolaus Cusanus zwischen Deutschland und Italien, Berlin 2002, 335.*

Domino sancti Petri.

Reverendissime in Christo pater et domine mi colendissime. Post humilem recommendationem.

Accepi litteras vestras humanitatis et officii plenas, quibus de beneficiis electi Pataviensis mentionem facitis.<sup>1)</sup> Ago gratias et pro domino Ulrico Sonembergher et pro me, quoniam ambobus prodesse curavistis. Sed non sunt beneficia vestra, que verbis compensari possint, facta autem mihi desunt. Itaque malo silere quam ineptus videri. Allocutus sum d(ominum) Ulricum de medio vestro ad concordiam accomodo. Sibi quamvis pax accepta plurimum sit, tamen suo honori non videtur conducere. Cupit sibi primum provideri, postea intendit monita et consilia vestra sequi. Sic enim sperat rumorem extinguere, qui eum esse extra pontificis maximi gratiam predicaverat. Super ea re suas litteras habebitis; ideo non me magis extendo. Verum hec res non poterit cito fieri, quia pax tractata neque ratificata est neque in brevi ratificanda creditur. Prorogatum est hoc negotium ad Nativitatem sancti Io. Baptiste (24. Junii); forsitan et ulterius prorogabitur, ut sunt mores hominum. Cesar<sup>2)</sup> autem, quantum suspicor, non contentabitur electum promoveri, nisi pax firmetur. Si negotium in longum ibit, interim vestra r.p. de hac re poterit amplius agitare.

De alio negotio meo non est, quid refricem. Satis est superque satis, pontificem maximum de me bene cogitare mihi que bene agere velle. Id ego et cesaris scriptis et vestre promotioni ac re<sup>mi</sup> domini mei sancti Angeli<sup>3)</sup> adiumento ascribo sumque ipsa voluntate contentus, et si nihil amplius sequatur. Cesar rem ex se movit, ipse sequatur; ego tamen omnibus sum obnoxius, qui mihi bene esse cupiunt, quod de vestra dignatione minime dubito.

De novitatibus parum est, quod queam scribere. Bohemi nunc conventum Prage habent; cupiunt regem<sup>4)</sup> cito ad coronationem proficisci. Australes excussi auro dilationem petunt ad Nativitatem dominicam. Nescio, quid sequetur. Venit nudius tertius unus ex Praga, qui ait multa verba facta esse de restitutione bonorum ecclesiasticorum, sed nullum esse magis adversum quam d. de Rosis.<sup>5)</sup> Ego nulli eius rei mentem bonam esse opinor; gravis res est et odiosa omnibus restituito.

In Reno bella sunt<sup>6)</sup>, que nota magis vestre dignationi quam mihi arbitror. Norimbergense discidium<sup>7)</sup> etiam compositum esse non ambigo vestram r.p. ignorare, cui me humillime recommendo. Datum.

Servulus vester Eneas episcopus Senensis.

*Korrekturen des Enea Silvio: 1 Domino – Petri: korr. aus Johanni cardinali sancti Petri. Gemeint war wohl irrtümlich Kard. Juan de Cervantes († 1453), welcher vor NvK die Titelkirche S. Pietro in Vincoli innehatte. Später durch ausführlichere Anrede ersetzt (s. Wolkan, Briefwechsel III 1, 165 Anm. 3). 2 Reverendissime – recommendationem: gestr. 4 facitis: facias. | facitis – et<sup>2</sup>: gestr. | domino: gestr. | quoniam: tuas. 5 curavistis: curavisti. vestra: tua. 6 dominum: gestr. | medio vestro: via tua. 7 accomodo: accomoda. | tamen – conducere: eam tamen honori suo non putat conducere. 8 vestra: tua. 9 habebitis: habebis. 13 vestra rp: tua dignitas. 16 vestre: tue. 25 vestre: tue. 26 vestram – ignorare: te cognovisse. Qbn-*

<sup>1)</sup> Es geht also um die schon erwähnte Nachfolge in Passau, um die Nußdorf und Sonnenberger stritten; s.o. Nr. 3371 Anm. 2 und 3. Zu Sonnenberger s. Heinig, Kaiser Friedrich III., Bd. I, 584-592 und oben Nr. 2890 Anm. 1.

<sup>2)</sup> Ks. Friedrich III.

<sup>3)</sup> Juan de Carvajal; vgl. E. Meuthen, in: LexMA II 1536; B. Häuptli, in: BBKL XXIII 207-210.

<sup>4)</sup> Der junge Ladislaus.

<sup>5)</sup> Ulrich von Rosenberg; s.o. Nr. 2631 Anm. 1.

- 6) *Die Münsteraner Stiftsfehde.*  
7) *Streitigkeiten nach dem Markgrafenkrieg; s.o. Nr. 2652.*